



**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

3. Affectuum sedes, instrumenta seu vehicula. Et qui sint dæmoniaci
affectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

*Affectum
nomen &
definitio.*

Hominis, sine vigore, sine fonsu, & quod pes-
sum est omnium, οὐ προς. Omnis quasi
pennis aues, ira affectibus homines, ad desti-
natos curus implicantur, & hos quidem, alij,
quasi egregios virtutum ministros, & pro-
dromos faciunt; alij abiecto rationis clauso, e-
osdem intemperantes dominos, & summa
crudelitate effecatos experluntur. Ex quo fit,
vt in permotionum moderata temperie, ani-
ma perpetua quædam serenitas, magnaq; (si
modo in terris habet potest) felicitas sita sit,
atq; collocata. Sunt porro affectus, quos Sto-
ici ratione, & origine, Cicero permotiones;
Alij motus, & passiones appellant, *sentientis anima ex boni, vel mali opinione nasa com- motiones*, vel, ut Nemesius habet lib. de na-
tura hominis c. 15. Affection est motus animæ
rationis expers, ob opinionem boni, vel mali.
Fons ergo, & origo omnium affectuum est
anima sentiens, neque enim ex intelligente, te-
aut etiam vegetante diminant, cum in plan-
tis, & in ipsa hominis mente, atque intellige-
tia, nulla sint affectiones. Alij motus sunt le-
niores, quos Cicero nominat, alij ve-
hementiores, qui appellantur; Et si rectam rationem excedant, animæ diu. o. o. o.,
aduersis veluti ventis labefactant, & diuel-
lunt. Quod, quam sapienter faciant, & quam fe-
roces ludos ludant, testis est humana natura à
primi parentis lapsu, permolesta variorū af-
fectuum tyrrannie violenter abrupta: vt non
immerito queratur Philo, veluti in arcum
Noemi bestias, ita in corpus humanum affec-
tionum motus, immanes quædam, & indo-
mitas feras; post hanc naturæ labem esse ad-
missas.

*Nomina
affectionum.*

depl. Noe-
mi, se affe-
ctu in ani-
mos immis-
si Philo. lib.
57. Noe-
mi, Iauena.
S. 1. Maximus
Tyrinator. 17

Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, vo-
luntas,

Gaudia, discursus, nostri farago libelli est.

Qæ omnia essent tolerabiliora, si modum
facerent; verum vt subitis procellis, crescētes
annis, legitimū excedūt alueum, superq;
vel legētes, vel plantarum culturam præcipi-
tes lati, rusticorum operum salubritatem, &
decus euerūt; Sic animus, affectuum impetu
abreptus, atque obfusus extinguitur. Sed hęc
Ethicis plenus discutienda relinquimus.

Iam vero eorum, quæ dicitur, nunca-
pantur, affectionum variæ divisiones afferū-
tur.

*Affectum
divisione D.
Thom. I. 2.
23.*

Diuus Thomas apex Theologiae, affectus
diuidit secundum geminam sentientis animæ
facultatem, concupiscentib; & irascibilem,

quam Græci, melius διάφορα καὶ διαφέ-
ρονται; & in Appetente quidem collocat
amorem, odium, desiderium, fugam, gaudium
& dolorem. In irascente spem, desperatio-
nem, timorem, audaciam, iram. Galenus, ex-
lib. de co-
candescētiam, iram, timorem, mortalem, gnos. & cura-
memorat. Stoici ad quatuor fontes volupta-
tem, dolorem, spem, timorem, omnia refe-
runt. Plato, sub finem Timæi, duo veluti per-
motionum elementa facit, voluptatem, &
dolorem. Aristoteles, quem hic sequimur, 12.
motuum genera recenset. Irā, mansuetudinem,
amorem, timorem, confidentiam, vere-
cundiam, & invercundiam, gratiam, & com-
miserationem, indignationem, inuidiam, &
æmulationem. Omnia quidem appositè dicta,
& hæc ex boni maliu[m] præsentis, vel absens
varia ratione, & ab alijs fusis, strictius ab alijs
colliguntur. Aristoteli tamen diuīsio, ad
ciuiiles motus, & Rhetorum tractationem
magis facit, quam in singulis postea
pleniū discutiemus, maxime autem motus
amoris, lætitiae, voluptatis, spei,
metus, odij, iracundia, definitionis, & misere-
rationis, qui in hac sublimi, quam tractamus
eloquentia, sepius dominantur, sigillatim ex-
ponam:

Affectum Sedes, instrumenta, seu vehi- cula.

Et qui sint Daemoniaci affectus.

CAP V T III.

Affectum sedes; cor humanum est, ma-
re illud magnum Danielis, in quo qua-
tuor venti (tot scilicet perturbationum fon-
tes) aduersis motibus in fæse plerunque fe-
runtur infesti. Nec sine causa בְּלֹבָד Palgo Proverb. 21.
Maiim divisiones aquarum, cor Regis ap-
pellavit sapiens. Mitum est quomodo vna par-
ticula, raro, & tam variis fluctus capere pos-
sit. Quod autem cordi aptius insideant, ratio est,
quod spiritus, calore, & sanguine, quasi in-
strumentis, vehementes illi affectus, quales
sunt amoris, & iracundie potissimum, indigeant,
quorum omnium cor focus est, & domici-
lum. Quo sit etiam, vt ad violentos affectus
pronio-

proniores sunt, quibus plurimum caloris est, & tanguinis, spiritusque ipsi subtilius elaborati intra cordis receptaculum emicant. Itaque, & in adolescentibus motus vigint aciores, qui sensibus remittente se paulatim calore, sunt ut plurimum, & languescunt.

*Affectus
demoniaci.*

*Tunc vas
ferra terre-
stres habi-
tabunt.*
Auguſt.
*Egyp. l. 8.
eprona.
Phil. c. 28.*
Isai. 13. 21.

Ad hanc instrumenta naturalia, plerunque externæ caußæ accidentur, ut Dæmones, qui corporis humoribus implexi, mirum quantos fluctus in humanis corporibus excitant, mentemque viris mancipatam, penitus labefactant. Vnde Chaldaicam illam scendentiam, quæ ex Zoroastris disciplina manavit, Σὸν ἀγγεῖον δῆμος χρονοῦ τοῦ Γοτθι, explicans Psellus, & post eum Augustinus Eugubinus, Vas, inquit, est compoluta vita nostra constitutio. Feræ terrestres, qui circum terras vagantur Dæmones. Igitur nostram vitam, scendentem malis affectibus, ex feræ inhabitat; Siquidem hæc genera cum ipsi affectibus coalecent, fiuntque *endem quissi substantia*: Quocirca cum & ipsi affectionum sint pleni, ad corporeas, & incorporeas affectiones adiunguntur, & connectuntur, simile simili attrahentes, cum habeant vim mouendarum perturbationum. Hanc animam impotentissimis affectibus, quos Dæmones excitare solent, mancipatam, admirabilis Isaias sub hac pictura adumbrare visus est.

Sed requiescant ibi bestiæ, & replebuntur domus corum draconibus: Et habitabunt ibi Struthiones, & pilosi saltabunt ibi, & respondebunt ibi vultus in ædibus ciuis, & Syrenes in delubris voluptatis, vbi per pilosos, Dæmones, ut explicat versio 70. interpretum, vel etiam satyros, ut alii volunt, latus appeti inauit.

Nec dissimilia, de permotionibus Dæmonum ope excitatis, sentit Mercurius Trismegistus.

*Mercur-
Trismeg.*

Μήδειδες μέρες τὰ κόσμοις κενοῦ ὄντες σεληνικοὶ, ὅσις ὑπεξελθὲται, ἐπειρετὴς ἴδιας εὐεργείας τὸ εὐθέμα, καὶ ἔκβασις ὁ νοῦς τὸ πατρὸν, μοχέας, φόνος τὰ δούκιστας, ieposoulas, δοθείας, ἀγχόνες, κατὰ κρημνῶν καταφορὰς, καὶ ἀλλὰ πάντα τὰ δαμνόνεα ἔργα.

Cum nulla mundi pars vacua sit Dæmon. Qui subiens tacitè mentem, propriæ operationis inferuit semen, & peperit ipsa mens, quod satum facit, videlicet adulteria, cæ-

des, parentum verberationes, sacrilegia, impierates, strangulationes, per præcipitia impulsiones, & alia omnia, quæ sunt Dæmonum opera. De his portentosis affectibus, non est nobis futurus sermo, sed de ijs, qui humanus concitari, commouerique soleat.

*Quid spectandum in ijs, qui mouent af-
fectus.*

CAPUT IV.

Primum statuendum est, non esse cuiusvis hominis affectus illos, præcipue vehementes, & intenses excitare, vel remittere; quippe donum Dei est: cuius, ut in sensu, & mentis sumnum est imperium, ita pro sua voluntate mortalibus imperit. Auida est sui iuris, & regni, qualibet natura, neque alium in suo dominante facile patitur. Itaque in ijs permotionum incitamentis, longè dispar est Dei, & hominum ratio.

Deus enim, (quod a Theodoro præclarè dictum est) ut sine vestibus, & ferramentis, hanc præclaram viuerti constructionem sapienter est machinatus: Contra homines, si quid moliantur, tot, & tam diuersis egent instrumentis, ut in eo ipso, in quo comparatio nauis, & potentes videri volunt, suam fate ri cogatur imbecillitatem. Pari omnino ratione in mouendis affectibus oratores, nisi diuina ope suffulti fuerint, frustra verborum strepitum, quasi malleorum aures confundunt, animam porrò minimè attingunt. Deus vero, sine turba, sine murmure, sine voce subtiliter penetrat, & intimis sensibus illabatur.

Hæc fuit Christi Domini efficax permotionum hominum ratio, qui cum unctio ne spiritus intimas perfunderet mentes, & copia celestis parentis luce collustraret, plus tacendo, (vel si loqui oportebat) plus una efficiebat vocula, quam sexcenta verborum, & quisquiliarum humanarum volumina.

His nixi præsidij Apostoli, & quotquot sacri oratores, & doctores extiterunt, eas permotiones animis intulerunt, quas, nulla unquam leno cinantis facundia ratio expref sisset. Sit igitur hæc primalex, ad bonos motus in hominum pectoribus excitandos, opus esse Dei mouentis spiritu, & quod plus cum Deo commercij habuerint oratores, ed in ex citata